

Venditio Scultetior in villa

Olzanik pro So. marciis

nobilibus Niolao et Ste-

phano fratribus de Tar-

nawa, et locatio iuris theuto-

nici in eadem villa.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam

rei memoriam. Cum inter humane na-

turæ commoda nihil dignius memoria

habeatur, opportunum existit, ut actus

hominum literarum apicibus et testium

annotaciones perhærentur, ne lapsu tem-

poris evanescant. Proinde nos Vladisla-

us Dei gratia Rex Polonie, necnon ter-

rarum Cracovie, Sandamiriæ, Siradie,

Laniciæ, Cujavie Lithuanieque Prin-

ceps regnemus, Pomeranie, Russieque

dominus et hæres. etc. Significamus

tenore presentium quibus expedit u-

niversis presentibus et futuris presen-

tium notitiam habituris. Quomodo vo-

lentes villam nostram Olzanik in terra

Russie et districtu Samboriensi sitam,

que à pluribus jam temporibus deserta

existit, hominum collocare frequentiam

ut ea ea fructus et utilitates pristinas

et majores


et majores possint invenire, eandemque
theutonico Magdeburgensi locandam
deceimus viceversa. In qua villa
Olsanik nobilibus Nicolao et Stephe-
no fratribus germanis de Tanna
fidelibus nostris dilectis Scultetiam pro
quingenta marcis monetae ponderis
et numeri Polonicae, quadraginta
octo grossos in quolibet marcem com-
putando vendimus. Quibus quidem
Scultetis Nicolao et Stephano quatuor
mansos seu laneos liberos, quos
sine majudicio emetorum notabili ele-
gerint pro scultetia ipsorum praedicta
assignamus, cum totidem hortis in villa
consistentibus, vulgariter Mawse, pro eme-
tonibus vero villa praefata Olsanik
centum mansos, seu laneos, pro ecclesia
et rectore ejus unum laneum, et pro ex-
pellendis gregibus, vulgariter Scotnicza
dictis similiter unum laneum assigna-
mus. Qui lanei extirpari debent ex utraque
parte fluvii Olsanik infra metas et
granicus villae praedictae antiquas. Quibus
etiam Scultetis et eorum successio-
ribus praeterea vulgariter Bniezenge dicta
et particular

et particulas agrorum, que obschany
 nuncupantur, adjungimus, concedentes
 etiam prefatis Scultetis unum molen-
 dinum et piscinam in flumine Olza-
 nile vel Serchawa, ubicunque fieri po-
 tent infra metas ville prefate pro
 ipsorum usu liberam faciendi facult-
 tatem. Insuper eidem Scultetis et eor-
 successoribus unam tabernam liberam
 et unum hortum pro eadem competen-
 tem assignamus, qui etiam Sculteti
 sextum denarium de censibus de prefata
 villa Olzanile provenientibus, et ter-
 tium denarium de omni re iudicata
 habebunt. Quam quidem Scultetiam Ni-
 colaus et Stephanus prefati coniun-
 que Successores legitimi cum omnibus ipsius
 utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus,
 proventus, attinentiis, pertinentiis
 et appendiciis universis ad ipsam Scultetiam
 quomodolibet spectantibus, habebunt,
 tenebunt, uti fruentur, et pacifice perse-
 cutis temporibus possidebunt, et de no-
 stra nostrorumque Successorum voluntate
 vendent, donabunt, commutabunt, et in
 suos ac Successorum suorum usus be-
 neplacito convertent, prout ipsis et eor-
 Successoribus

Successoribus legitimis melius et utilius
videbitur capere. Insuper omnes et
singuli Cmetones et incolae ville predictae
Olszanike in sylvis et meruis nondum
extirpatis viginti annis, in campis vero
antiquis et diu extirpatis decem annis
continuè se sequentibus ab omnibus
dationibus, censibus, contributionibus,
ac aliis quibuscumque solutionibus mis
exempti, grata potentius libertate, ela
psa vero hujusmodi libertate quilibet
cmeto de quolibet taneo seu manso pro
annuali censu nobis et Successoribus
nostris singulis annis circa festum
Sancti Martini per decem scottos com
munis monetae in Regno decurrentis,
duos pullos, duos caseos et viginti ova
solvere tenebuntur et debebunt. Circa
quod quidem festum sancti Martini
ipsi cmetones et incolae ville predictae
de quolibet manso mensurato solvant
pro decima sex grossos in moneta com
muni Plebano vero pro missalibus qui
libet cmeto unam mensuram filiginis et
alteram avenae. Rationes ejus sculte
tis Nicolaus et Stephanus prefati et
eorum Successores legitimi dicta libertate
elapsa nobis et successoribus nostris ad
quamlibet

quamlibet expeditionem generalem cum
 uno equite, cum balista vel arcu in
 equo quatuor vel quinque marcas va-
 lente obsequi tenebuntur et servire. Ce-
 terum volumus, ut hec scultetia, quam
 Nicolao et Stephano prefatis in villa
 Olszanik vendidimus jure feudali cense-
 atur. Eximimus insuper, absolvimus
 et perpetuo liberamus emetones et quos-
 vis ville Olszanik predictae incolas ab
 omni jurisdictione et potestate omnium
 Regni nostri palatinorum, castellanorum,
 capitaneorum, dignitariorum, iudicum,
 subjudicum, utrorumque officialium
 et ministerialium eorundem, et coram
 ipsis vel ipsorum aliquo pro causis
 tam magnis quam parvis, puta furti,
 incendii, homicidii et membrorum mu-
 tillationis, seu quibusvis aliis enormi-
 bus excessibus citati minime respon-
 debunt nec aliquas penasolvere tene-
 buntur, sed emetones et incole ville
 predictae coram Scultetis suis, qui pro
 tempore fuerint, Sculteti vero prefati,
 aut successores eorum legitimi coram
 nobis, aut iudicio nostro generali, dum
 tamen per nostram literam sigillo nostro
 sigillatam

sigillatam evocati fuerint et citati, et hoc
si in reddenda justitia negligentes
fuerint et remissi, tunc non aliter,
quam suo jure Magdeburgensi medi-
cto de se querulantibus respondere sint
astrecti. In causis autem criminali-
bus et capitalibus superius expressatis
judicandi, sententiandi, corrigendi, ple-
ctendi et condemnandi Scultetis ville
prefate Usanile pro tempore existen-
tibus plenam damus et omnimodam te-
nore presentium concedimus potestatem,
prout hoc ipsum jus theutonicum Ma-
gdeburgense predictum in omnibus suis
punctis, articulis, sententiis, conditioni-
bus et clausulis postulat et requirit, ju-
ribus tamen nostris Regalibus in omni-
bus semper salvis. Harum quibus si-
gillum nostrum est appensum testimonio
literarum. Actum in Biecz, feria se-
cunda infra octavam Sancti Martini
confessoris et pontificis gloriosi, anno
Domini millesimo quadringentesimo vi-
gesimo tertio, Presentibus Reverendis
in Christo Patribus dominis Sagineo
electo confirmato Cracoviensi et Joanne
Chelmensi Episcopis, necnon magnificis
Strenuis



strenuis et nobilibus Johanne de Tarnobro
 Cracoviensi, Nicolao de Michalio Jan-
 Domiriensi, Jacobo de Koniepole Sira-
 diensi palatinis, et Joanne de Szeseho-
 cin castellano Lublinensi, multisque
 aliis fidedignis nostris fidelibus dilectis.
 Datum per manus venerabilium Joannis
 Schafnauer Decani Cracoviensis Regni
 Poloniae cancellarii, Neuron Stanislai
 Czolek Cantoris Cracoviensis ejusdem Re-
 gni Vicecancellarii sincere nobis dile-
 ctorum.

Ad Relationem ejus-
 dem Domini Stanislai
 Czolek Regni Poloniae
 Vicecancellarii.

Actum per Albertum de Zychlin
 Regni Poloniae Vicecancellarium.

Talopia inzepisana iest doryginatu par-
 gaminowego amitolowanego, u litorego
 wisi pierze na sznurku jadowalnym,
 dnia dwunastego miesiaca Maia, roku
 Panstwiego tysiacznego siedmsetnego
 osmdzieciatego piatego.

Handwritten text in a cursive script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and the angle of the page.

Handwritten text in a cursive script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and the angle of the page.

Handwritten text in a cursive script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and the angle of the page.

Handwritten text in a cursive script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and the angle of the page.